hoc ẽt præſupponit D.meus Socin.in d.§.& quid ſi
tm̃ in 1.q.in 3.concluſio.& in conſi.246.in antiquis,
& Paul.de Caſtr in l.ſed ſi hac §. patronum ff. de in
ius voc.& in rub.C.de iur.aure.anul.& in l.ſi ita quis
in fi.ff.de leg.2.& in conſ.ſuo 255.videndum eſt pri-
mo,& in conſi.227.ſuper primo,& in conſil. 2. in 1.
vol.Are.in d.l.Gallus §.ſi eius,& Bart.in d.l.ſi is, qui
pro emptore,& prout latè,& benè concludit Ruin.
in ſuo in conſi.& Io.de Anan.in conſi.27.viſo caſu,
& Alex.in conſi.2.in 1.vol.& in conſ.87.in 2.uol. Et
hoc maximè dicendũ eſt in caſu noſtro,in quo Pa-
pa,& comites,qui legitimauerunt ipſum filium eſſe
verè legitimum,prorſus ceſſante omni fictione, &
quoad omnes pleniſſimos effectus tàm iuris cõis,q̃
municipalis, & ꝯñr uoluerunt ipſum eſſe legitimũ
quantum ad hoc, ut comprehendatur in ſtatutis fa
cientibus mentionem de legitimis,& naturalibus,
35 & ꝯñr ad excluſionem filiarum, † quæ pp filios ma-
ſculos à ſucceſſione excluduntur per ſtatutum etiã
reſpectu legitimæ,& eius ſupplementi,ut per ſtatu-
tum huius ciuitatis cauetur,& arg.eorum,quæ uo-
luit Bal. & ibi Paul.de Caſt.in l.Titio centum §. Ti-
tio genero ff.de condit.& demonſt. & præſupponit
D.meus Soc.in d.conſi.241.13.col.in antiq. nam ex
quo ſtatutum excludit filias fœminas à ſucceſſione
pp filios,vr̃ ẽt excludere ipſas à legitima ad tradita
per Alex.in d.l.Gallus §.& quid ſi tãtum, qui in hoc
impugnat Salic.in auth.nouiſſima C.de inoff. teſta.
¶ Stante hoc præſuppoſito,ſequitur modo ex præ-
36 miſſi deciſio primi dubij,vc3,† ꝙ princeps, ſeu co-
mes,qui à principe habet poteſtatem legitimandi
eo modo,quo habent comites,qui ipſum Mattheũ
legitimauerunt, poſſit legitimare in præiudicium
ſucceſſionis filiæ, ut ipſa excludatur ẽt à legitima,
uel ſaltem eius legitima minuatur pp perſonam fi-
lij legitimati,& ſic, quòd per legitimationem factã
de Mattheo filio ſpurio fuerit præiudicatũ filiæ le-
gitimæ,& naturali quoad excludendã ipſam à legi-

tima,& eius ſupplemento pp diſpõnem ſtatuti ex-
cludentis filias fęminas dotatas pp maſculos à ſuc
ceſſione,& à iure petendi legitimam, ſeu eius ſup-
plementum, vt in ſtatuto huius ciuitatis continet
ſub rub.de ſucceſ.lib.cond.teſt. Vel ſaltem dicendũ
37 eſt,† ꝙ cũ ipſe filius legitimatus ſit uerè legitimus,
& in nullo differat a legitimis,& naturalib.natis ex
mr̄imonio,prout in dicta legitimatione continet,
& hr̄ per Bar.in d.l.ſi is,qui ꝓ emptore,& in l.ſi mari
tus §.legis Iuliç de adul.ſicut uerè legitimus, & na-
tus ex mr̄imonio de iure cõi concurreret cũ filia
legitima,& naturali in legitima debita iure naturę
& illi faceret partẽ,arg. auth. nouiſſima C.de inoff.
teſta.cum ibi not.ita dicẽdum eſt de filio legitima-
to,qm̄ ipſe quoad legitimã facit partem, & ipſi de-
betur legitima debita iure naturæ, ſicut legitimo,
& naturali,vt hr̄ per Alex.in conſi.139. in 1.uol.qui
plura adducit ad propoſitũ. Si ergo ipſe uocat ad
legitimam,ergo alijs facit partẽ reſpectu legitimæ:
nã qui admittit ad partem,facit alijs partẽ, vt hr̄ in
l.qui quartam in fi.ff.de leg.1.& in l.hmõi §.ſi titio,
& ibi Bar.eo.tit.& per Alex.in d.§.& quid ſi tm̄, &
per Bal.& Sal.in d.auth.nouiſſima,per Bar.in l.pater
filium in repet.ff.de inoff.teſta.& in l.qui repudiãtis
in pri.eo.ti.&in l.planè §.ſi duob.ff.de leg.1. ¶ Præte
38 rea † ex quo in legitimatione facta fuit mentio de
filia,item dictum fuit,non obſtante, ꝙ filij legitimi
non fuerint citati,conſtat ex his uerbis,ꝙ princeps
uoluit uti plenitudine ptãtis,& p̄iudicare filiæ, ad
tradita per Alex.in d.l.ex facto in 6.col. & in d.§.&
quid ſi tm̄,& in conſ.187.in 5.uol.item ex quo facta
fuit mentio de ſtatutis Bononienſib.pater potuit fi
lium legitimare in p̄iudicium filię quoad legitimã,
qn̄ ipſa filia fuiſſet citata,vt concludit Soc.in d.§.&
quid ſi tm̄ in 1.q.in 3.concluſione in 2.limit.nam ex
quo fuit filia citata, & in legitimatione facta men-
tio de filia legitima,& appoſita fuit cl̄a,non obſtã-
te ꝙ filia &c.ꝑ q̄ cl̄am princeps uoluit uti plenitudi
ne ptãtis,& p̄iudicare filiæ, ac ẽt facta fuit mentio
de ſtatuto Bononienſi,ſequit,ꝙ in caſu iſto dr̄ præ
iudicium factum filiæ ẽt quoad legitimam debitã
iure naturæ,vt uoluit ibi Soc. Idem ergo dicendũ,
& concludendum eſt in caſu nr̄o, ẽt ſi filia non fuiſ
ſet citata;ſed in legitimatione dictum eſſet,non ob
39 ſtante ꝙ filia,ſeu filij legitimi nõ fuerint citati, † qa
hi duo caſus a pari procedunt, vc3, ꝙ filij legitimi
fuerint citati,uel dictum fuerit non obſtante, ꝙ fi-
lij legitimi non fuerint citati,& ſit talis, vt eſt prin-
ceps,uel alius,qui ex plenitudine ptãtis, uel ex ptã-
te ſibi conceſſa poſſit legitimare,legitimis non cita
tis,vt hr̄ per Soc.in d.§.& quid ſi tm̄ in 1.q.in 3. con
cluſione in 1.lim.iunctis per eum dictis in 2. q. in 3.
concluſione,& not.per eum ibi in ult. col. & ibi ẽt
40 per Bar.in ult.col.&per Alex.¶ Non obſtat,† ꝙ di-
cit Soc.ibi in 2.q.in 3.concluſ.in 1.corrolario, ꝙ le-
gitimatio facta non citata filia non nocet filię quo
ad totalem excluſionem,quia hoc põt intelligi pri
mo,vt totaliter non excludatur,quia ſaltem admit-
tetur ad partem legitimæ ſibi debitę unà cum filio
legitimato,ſic.n.non dicetur totaliter excludi. Præ
terea ex quo in legitimatione dictum fuit,non ob
ſtante,ꝙ filia non fuerit citata,quo caſu perinde eſt
ac ſi legitimatio fuiſſet facta filia citata,dicet exclu
di a ſtatuto pp filium legitimatum, quia ex quo ꝑ
cl̄am non obſtante princeps in legitimatione men
tionem fecit de filia,conſtat,ꝙ ipſi uoluit præiudi-
41 care,vt ſup.&in effectu nullus negat,† qn princeps,
qui eſt lex uiua in terris c.propoſuit de conceſ.p̄b.
l.princeps ff.de legib.& in c.1.de conſt.in 6. poſſit in
totum excludere filiam legitimam,& naturalem à

ſucceſſione,& legitima,uel ſaltem ei minuere legi
timam pp filios maſculos naturales legitimatos,&
hoc qn̄ uoluit uti,plenitudine poteſtatis,& præiudi
care filiæ:quia cum adſit poteſtas, & uoluntas ſua,
ſolum ſupereſt ad actum ipſum deuenire l.multũ
intereſt. C.ſi quis alter. uel ſibi,c.cũ ſuꝑ abbatia de
offic.de lega. ꝙ aũt princeps hoc poſſit, conſtat ex
iis,quæ hn̄r in auth.nouiſſima.C.de inoffic.teſta. &
in d.l.gallus §.& quid ſi tm̄ ꝑ Bar.Alex.Soc.&alios,
&in locis p̄allegat.& per Alex.in conſ.2.in 1.uol. ꝙ
aũt uoluerit princeps,ſeu comes,qui habet hãc po
teſtatem,conſtat ex eo,ꝙ per clauſulã nõ obſtante
fecit mentionem de filia legitima,& naturali,& de
ſtatutis Bononiẽſib.& uoluit remouere ſolẽnitatẽ
citationis vt apparet in caſu nr̄o ex tenore legi-
timationis,& ex iis,quæ ſupra adducta fuerunt,ma
ximè per Soc.in d.§. & quid ſi tm̄ in pen. col. & per
Alex.ibi,& in d.l.ex facto,& in d. conſi.187.qui uo-
lunt,ꝙ filiæ citatæ potuit præiudicari ẽt quoad legi
timam:ergo idem,ſi non fuiſſet citata, ſed dictum
eſſet,non obſtante ꝙ dictus genitor habeat unicã
filiam legitimam,& naturalem, & ꝙ filij legitimi,
& naturales non fuerit citati, ſub quib. uerbis ulti-
mis gn̄alibus, & indefinitis Papa, qui legitimauit,
uoluit in caſu nr̄o noĩatum, & expreſsè compre-
hendere ipſam filiam, cum is ſciret patrem legiti-
mantem ſolum habere unicam filiam legitimam,
& naturalem,& non alios filios legitimos, & natu-
42 rales,vt in ipſa legitimatione continetur:† nam qn̄
uerba generalia,& indefinita poſſunt in uno tm̄ ue
rificari,& hoc ſcit ipſe diſponens,tunc dr̄ facta ex-
preſſio non generalis,& indefinita,ſed ſp̄alis,indiui
dua,& noĩatim,vt eſt tex.& ibi oẽs in l.2.ff. de libe.
& poſth.ergo &c.¶ Præterea poſito, ſed non con-
ceſſo,ꝙ in caſu nr̄o ex eo, ꝙ filia non fuerit citata,
non potuerit ipſi fieri prȩiudicium quoad totalem
excluſionem legitimæ per Soc.in d.§.& quid ſi tm̄,
tn̄ ipſe non negat,quin ex tali legitimatione potue
rit minui,& diminuta fuerit ipſa legitima debita fi-
liæ pp cõcurſum ipſius filii legitimati, qm̄ cum ipſi
debeatur legitima,& ad eam admittatur, ſicut alij
filij naturales,& legitimi, vt ſupra dixi, & fatentur
oẽs,ut per Ant.de Butr.in d.ca.per uenerabilem, &
ibi Mod.&per Alex.qui infinitos allegat in d. conſ.
139.in 1.uol.ſequitur, ꝙ ſi filius legitimatus cõcur-
rat cum filia,uel filijs legitimis,& naturalibus, ipſi
legitimato debebitur pars legitimæ, & concurret
unà cum filia ad ipſam legitimam d. auth. nouiſſi-
ma cum ibi not.& cum aliis ſupra alleg. Et ſtante
hoc,uerum erit, ꝙ legitimatio facta in caſu nr̄o ẽt
non citata filia non dicetur nocere ipſi filiæ quoad
totalem excluſionẽ legitimæ, ueluti dicit D. meus
Soc.in d. §. & quid ſi tm̄. ¶ Non obſtat id, ꝙ dicit
Pau.de Caſt.in d.§.& quid ſi tm̄ in 10.col.& in cõſi.
224.incip.dicendum eſt &c.quod refert,& ſequitur
Soc.in d.§.&quid ſi tm̄ in 3.lim.&de quo ẽt mentio
nem facit Alex.ibi in apoſt.ad Bar.& in d.cõſi.187.
43 2.col.uol.5.† ꝙ qn̄ fuit legitimatus filius facta men
tione aliorum filiorum legitimorum, & naturaliũ,
cum hoc,ꝙ per talem legitimationem non fiat prȩ
iudicium ipſis filijs legitimis, & naturalibus ab in-
teſtato,tunc legitimatus nõ poterit ſuccedere unà
cum alijs ab inteſtato, ſed pater poterit facto teſtõ
ei relinquere,dummodo non minueret filiis legiti-
mis,& naturalib.legitimam ipſis debitam, qm̄ pri-
mo hoc põt intelligi, vt ſup. vc3, dummodo non
minueret legitimam debitã filiis hoc eſt partem le
gitimæ,quæ eis deberetur, computata perſona filij
legitimati,qui in numero liberorum, quibus debe
tur legitima debita iure naturæ,connumeratur, vt
ſupra:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſupra: Secundo dico illud dictum procedere, qñ le
gitimatio eſſet facta ſub hac ɔdõne, ꝙ per eã nullũ
fieret ꝑiudicium alijs filijs legitimis, & naturalib. ab
inteſtato vt ipſemet Pau. & Alex. fatenꝛ, ſed in caſu
nr̃o facta nõ fuit legitimatio ſub hac cl̃a, & ſub hac
ɔdõne, vt ex tenore legitimationis apparet, ergo
&c. & q̃uis fuerit facta ſub alia ɔdõne, & cum alia
clauſula, vcʒ abſq; præiudicio uenientium ab inte-
ſtato, tñ de præiudicio aliorum filiorum legitimo-
rum &c. ſuccedentium ab inteſtato nulla facta fuit
44 mentio: † cuius aũt uirtutis ſit, & quid opereꝛ illa
clauſula, de qua in legitimatione, abſq; tñ præiudi-
cio venientium ab inteſtato, colligitur ex latiſſimè
deductis per D. Carol. Rui. in ſuo conſi. & ꝑ Alex. in
d. conſ. 187. cum ſeq. ex quib. colligitur, ꝙ non ope
raꝛ illud, ꝙ ponit Pau. de Caſt. in d. §. & quid ſi tm̃, &
in d. conſi. 224. ¶ Præterea illud d. Pau. de Caſt. non
eſt ualdè tutum, vt inferꝛ ex ijs, q̃ refert D. Carolo.
Rui. in d. conſi. ſuo, & Alex. in d. conſi. 187. cum ſeq.
nam hæc cl̃a abſq; ꝑiudicio aliorum filiorum ſuc-
cedentium ab inteſtato habet aliã interpretationẽ
q̃ ꝙ per eam nõ poſſit minui legitima debita iure
naturę, vt per Ruin. & per Soc. in conſi. 212. dum re
probat unam opinionẽ Fulgoſij; & illud d. Pau. de
Caſ. ẽt non ſequitur Alex. in d. cõſ. 187. & ſi ipſe Pau.
ſenſit, ꝙ non poſſit fieri ꝑiudicium legitimis, & na
turalib. quo ad diminutionem legitimæ, vt ipſis de
beatur integra legitima perinde, ac ſi non fuiſſet na
turalis legitimatus, dico hoc debere intelligi, qñ le
gitimatio eſſet facta cum clauſula, ꝙ per legitima
tionem nullũ deberet fieri prę iudicium ipſis filijs
legitimis, & naturalib. ab inteſtato, & ɔñr quo ad le
gitimam ẽt cõdito teſtõ, quia legitima conſideraꝛ
ſemper, vt portio debita ab inteſtato, vt hr̃ in d. aut.
nouiſſima, & in d. §. & quid ſi tm̃ per ſcrib. ergo ſtan
te illa clauſula, non poterit per legitimationẽ fieri
ꝑiudicium ipſis legitimis, & naturalib. quo ad legi-
timam, ſiue ſuccedaꝛ ab inteſtato, ſiue ex teſtõ, non
aũt debet intelligi id, quod dicit Pau. de Caſt. qñ fa
cta fuiſſet legitimatio abſq; illa clauſula, alioquin
male loqueretur per prędicta, qm̃ cum legitimato
debeatur legitima, ſicut legitimo, & naturali. & ɔñr
ipſi concurrant, vt dictum eſt, falſum eſſet dicere, ꝙ
per legitimationẽ filij naturalis non diceretꝛ minui
legitima debita filijs legitimis, & naturalibus, & ꝙ
hæc opinio ſit uerior, vcʒ, ꝙ legitimatio facta ẽt cũ
illa clauſula abſq; prę iudicio uenientiũ ab inteſta-
to, dummõ de filia habita fuerit mentio, cum clau
ſula non obſtante, ꝑiudicet ipſi filiæ taliter, ꝙ ipſa
excludatur ẽt à legitima ſibi debita, vel ſaltem quã
tum ad hoc, vt legitima minuaꝛ, ſenſit, ſi bene eius
uerba conſiderenꝛ, ſolemnis doct. Pet. de Anch. in
conſi. 328. ꝙ licet quo ad bona ſubiecta fideicõmiſ
ſo legitimatus excludaꝛ per filiã legitimam, & natu
ralem, nõ tñ excludiꝛ a cæteris bonis non ſubiectis
fideicõmiſſo, & hæc ſufficiant quo ad iſtud dubiũ.
45 Capio aliud, † vtrũ pr̃ ad cuius preces filius fuit le-
gitimatus, poſſit plus relinquere legitimato ĩ teſtõ
ſuo q̃ filię legitimę, & naturali; & non poſſe vr̃, ſed
ſi quid plus relinquat, totũ illud plus accreſcat ipſi
filię per tex. in §. & qm̃ varię in auth. quib. mod. nat.
effi. ſui, & in l. cõium. C. de natur. lib. & ibi Bal. Itaq;
firmat Ang. in d. §. & qm̃, & hr̃ per Bal. in c. ꝑ tuas de
maio. & obe. & refert, & ſequiꝛ hoc Alex. in l. ſed ſi
hac. § patronum. ff. de in ius uoc. & Rom. & Alex. in
l. neceſſarijs. ff. de acq. hęred. & ita vr̃ tenere Soc. in
d. §. & quid ſi tm̃ in 9. col. in uerſi. 3. & ult. &c. Cur. in
conſi. 16. in 4. col. Roſell. in tract. de legit. in 1. col. in
fin. q. ult. Alex. in l. ex facto in §. ſi quis rogatus in vl.
col. ff. ad Treb. Iaſ. in l. j. C. qñ nõ pet. partes in 16. col.
Soc. in conſi. 41. in 5. col. & ꝑdicta procedũt in quo
cunque legitimato ẽt per reſcriptum, ꝑ Bal. in d. c.
per tuas, & per Fran. de Crema in ſuo nota. 52. vñ cũ
non potuerit plus relinqui legitimato, q̃ legitimo,
& naturali, ſequitur, ꝙ ſi illi plus fuerit relictũ, illud
plus in totum accreſcere debet filiæ legitimæ, & na
turali. per tex. in l. hac edictali. C. de ſecũ. nup. & ibi
Bal. ¶ Quib. tñ nõ obſtantib. ɔ̃rium puto uerius eſſe,
ꝙ filio legitimato per reſcriptum in forma ampliſ-
ſima, & prout dictũ fuit ſup. iuxta tenorem legiti-
mationis factę per pontificem, & ꝑ alios comites,
in caſu nr̃o pater potuit plus relinquere, q̃ filiæ legi
timę, & naturali; qm̃ cum legitimatus ſit verè legi-
timus, & in eo ceſſet oĩs fictio, atq; in nihilo diffe-
rat à legitimo nato ex legitimo matrimonio quo
ad oẽs effectus iuris cõis, & municipalis, & legiti-
matio fuerit facta aĩo prę iudicandi filię, vt ſupra di
ctum fuit, & legitimatus fuerit filius, vt cõprehen-
daꝛ ẽt in ſtatutis loquentib. de filijs legitimis, & na-
turalib. & ɔñr ſit talis, per quem excludaꝛ, & exclu-
di poſſit filia fœmina totaliter ẽt à legitima, ſtante
diſpõne ſtatuti, quo excluduntur fœminæ ꝑꝑ filios
maſculos, uel ſaltem ꝙ per talem legitimationem
poſſit minui legitima debita ipſi filiæ, vt ſup. conclu
ſum fuit, ſequitur ꝙ pater poterit plus filio legiti-
mato relinquere, q̃ filiæ legitimæ, & naturali, cum
ea nõ ſit talis, cui pater de iure debuerit aliquid re
linquere ultra dotem datam, vt ex diſpõne ſtatuti
Bononiæ cautũ reperiꝛ: & iſto caſu non põt hr̃e lo
cum diſpõ d. §. & qm̃ uariè, quia ille text. procedit
de iure cõi, in caſu aũt nr̃o attendi debet diſpõ ſta-
tuti excludentis filias ꝑꝑ maſculos, ꝙ habet locũ
ẽt in legitimatis, vt ſupra, & hoc prę ſertim in caſu,
de quo agiꝛ, dicendũ eſt, quia in legitimatione fuit
derogatum oĩb. legib. & conſtitutionib. imperiali-
bus & ɔñr illi textui in d. §. & qm̃ uarie. ¶ Adde, ꝙ
46 † cum d. Matthæus filius ſpurius fuerit a Papa, qui
eſt ſup. oẽm legem poſitiuã, legitimatus, ſequitur,
ꝙ talis legitimatio legem, ſeu interpretationem nõ
recipiet à lege ciuili, & ɔñr nec à diſpoſitione d. §. &
qm̃ uariè, nam papa nõ dr̃ ſubiectus legib. imperia-
lib. nec illę dant formam actib. factis, & geſtis a pa-
pa per ea, q̃ ſup. dixi in prin. poſt Alex. in d. cõſ. 187.
& poſt Pet. de Anch. in d. ſuo cõſi. 337. circa fin. Prę-
47 terea aĩaduertendum eſt, † vt eſt de mente D. Ant.
in d. c. per venerabilem qui filii ſint legitimi, ꝙ alia
eſt legitimatio collatiua, alia diſpenſatiua, alia re-
ſtitutiua, ſeu reintegratiua, nam per legitimationẽ
collatiuam, ſeu diſpenſatiuã, per q̃ non diſponitur
in matrimonio, nec quis reſtituiꝛ natalib. nec pri-
męue naturę quis non efficitur uerè legitimus, nec
talis, qui comprehendatur à ſtatutis facientib. men
tionem de filijs legitimis, & naturalib. & maximè
in ſtatuto excludente filias fœminas ꝑꝑ filios ma-
ſculos, vt uoluit Ant. de But. in d. c. per uenerabilẽ;
& ita intelligantur illi, qui tenent, ꝙ legitimatus nõ
comprehendiꝛ in ſtatutis loquentib. de filijs legiti-
mis, & naturalib. & in caſu iſto poſſet forte proce-
dere opinio illorum, qui tenent, ꝙ pater nõ poſſit
plus relinquere filio legitimato, q̃ filię legitimæ, &
naturali, per tex. in d. §. & qm̃ uariè, qm̃ cum talis le
gitimatus non comprehendatur in ſtatutis, & ɔñr
non comptehendaꝛ in ſtatuto excludente filias fœ
minas ꝑꝑ filios maſculos, ſequitur, ꝙ in tali legiti-
mato ſeruari debebit diſpõ iuris cõis, & ɔñr d. §. &
qm̃, & d. l. communium. C. de nat. libe. cum ſimilib.
48 ſup. alleg. † Legitimatio reſtitutiua eſt duplex, alia
pleniſſima, alia plena: Pleniſſima eſt illa, quę fit ex vi
rib. legis cõis, per quam quis reſtituitur primęue na
turę, & efficitur uerè legitimus, omni prorſus fictio

ne

ne ceſſante,& quo ad oẽs pleniſſimos effectus tàm
iuris cõis,q̃ municipalis,& per q̃ diſponitur in ma
trimonio,& tunc per talem legitimationem,& re-
ſtitutiuam quis efficitur uerè,&propriè legitimus,
& comprehenditur in ſtatutis loquentib.de filijs le
gitimis,& naturalib. & ꝯñr ſub ſtatuto excludente
filias fœminas ꝑꝑ maſculos,vt expreſsè,& in termi
nis uoluit Ant.de But.in d.c.per uenerabilem; ex
quib.infero,ꝙ taliter legitimato poterit plus relin
qui,q̃ filiæ legi timæ,& naturali:Quinimmo ipſa fi-
lia debebit eſſe contenta dote data à patre, ẽt ſi illa
eſſet minus legitima per ea,quæ uoluit Dec. in cõſ.
26.in 2.col.nec poterit agere ad ſupplementum le
gitimæ,nec dicere,ꝙ plus fuerit relictum filio legi
timato,cum ipſa ab eo excludatur mediante diſpõ
ne ſtatuti,de quo ſup.Reſtitutiua plena eſt illa,quæ
fit ex uirib.reſcripti, per quam quis reſtituitur pri-
mæue naturæ,& efficitur uerè legitimus &c.ſed tñ
non comprehẽditur a ſtatuto in materia ſtricta ſm
D.Ant.qm̃ ſtatuta loquẽtia de filio legitimo,in ma
teria ſtricta debent intelligi de eo, qui eſt filius ſm
diſpõnem iuris cõis,& non iuris municipalis, per
D.Anto.in d.c.per uenerabilem:Ang. uerò diſputã
do tenuit ꝯrium, vt atteſtatur ipſemet D. Anto. ꝙ
imò talis comprehendatur in ſtatutis &c.& ita te-
net Bal.in d.l.eam q̃,& in d.l.cum acutiſſimi. Et te-
nendo hanc opinionem,q̃ puto ueriorem, q̊cquid
dixerit Ant.qui motus fuit rõnib. ſatis friuolis, vt
dicit ad propoſitum Alex.in l.adoptiuum.§. patro-
num il 2.ff.de in ius uoc.idem dicendum eſt, ꝙ ſu-
pra proximè dixi reſtitutiua pleniſſima, & hoc, qñ
facta fuiſſet non in forma cõi,ſed per uerba pręgnã
tia,& latiſſima,& in forma ampliſſima,q̃ quo ad ef
fectum dici põt reſtitutiua pleniſſima, cum per eã
quis reſtituatur primæue naturæ, & efficiatur uerè
legitimus,omni prorſus fictione ceſſante, & quo
ad pleniſſimos effectus tàm iuris cõis, q̃ municipa
lis,perindè ac ſi de uero, & legitimo matrimonio
natus eſſet, & ſic diſponendo quodammõ in mr̃i-
monio:quæ legitimatio quo ad effectum nihil pe-
nitus differt à reſtitutiua pleniſſima, cum taliter le
gitimatus comprehẽdaſ in ſtatuto &c. & nihil dif-
ferat a nato ex legitimo matrimonio,vt in caſu no
ſtro ex tenore legitimationis apparet, & probatur
in §.reliqui,& in §.illud quib.mo.nat.effi.ſui, ergo
qua rõne legitimatus per legitimationem reſtituti
uam pleniſſimam factam ex uirib.legis cõis exclu-
dit in totum filiam a ſucceſſione, & pater põt plus
ſibi relinquere,q̃ filię,ſtante diſpõne ſtatuti,de quo
ſupra,eadem rõne,qñ fuiſſet legitimatus per legiti-
mationem reſtitutiuam pleniſſimam,quæ fit ex ui-
rib.reſcripti in amplisſima forma ex identitate rõ-
nis arg.l.a Tit.ff.de uerb.obl.l.illud.ff.ad l.aquil. Prę
49 terea † filij,qui efficiuntur legitimi per reſcriptum
principis,reſtituendo eos primæue naturæ,&c.ni-
hil penitus differũt a legitimis,vt in §.illud in auth.
quib.mo.nat.effi.ſui,& uerè,ac propriè efficiuntur
legitimi, perinde ac ſi nati eſſent ex legitimo ma-
trimonio,vt ibi,& per doct.in d. c. per uenerabilẽ,
& Alex.in conſi.87.in 2.uolu.& in conſi. 2. in 1.uol.
50 † Sed ſi quis plures habeat legitimos, & naturales
filios ex mr̃imoni o natos,vni plus põt relinquere,
q̃ alteri,dummõ ille,cui minus relinquitur,nõ frau
detur ſua parte legitimæ debitæ iure naturæ, vt in
§.aliud quoq; capitulum in auth. vt cum de appell.
cogn.auth.nouisſima,& ibi per totum.C.de inoffi.
teſt.& hr̃ in c.Rayn. de teſta. ergo idem dicendum
eſt de ipſis filijs legitimatis per reſcriptum, vt ipſis
plus posſit relinquere,q̃ filijs legitimis,& naturali-
bus,alioquin uerum non eſſet,ipſos nihil differre a
51 legitimis.¶ Accedat his,ꝙ † ſi pater plus põt extra
neo relinquere,q̃ filio legitimo,& naturali, dũmõ
ipſe filius non fraudetur ſua legitima, quanto ma-
gis poterit plus relinquere filio legitimato per re-
ſcriptum. cui magis debetur hæreditas, & ſucceſ-
ſio paterna,q̃ extraneo? Quia ipſi legitimato debet
legitima debita iure naturæ, quæ non debetur ex-
52 traneo,vt ſup.dixi. Itẽ † ſi fuerit præteritus in teſtõ
paterno,rumpit teſtm̃,&ſibi debentur iura ſuitatis,
vt hr̃ per Alex.in l.ex facto ff.de uulg. & pup. & per
Ant.Abb.& alios maximè Mod.in d.c. per uenera-
bilem,& in d.§.& quid ſi tm̃, & in §.illud in auth.
quib.mod.natur.effi.ſui,& per Alex.in rub.ff. de li-
be.& poſth.poſt Sal.in auth.item ſi quis.C. de natu.
53 libe.¶ Non obſtat tex.in d.§.& qm̃ uariè,† quia nõ
procedit,ſtãte diſpõne ſtatuti, quod excludit filias
à legitima,&ab eius ſupplemento ẽt ꝑꝑ filium ma-
ſculum legitimatum,qui comprehenditur in ſtatu
to hmõi tam ex diſpõne iuris cõis, vt ſup. dictum
fuit,q̃ ex tenore legitimationis. Pręterea intelligo
illum textum reſpectu legitimę,vz, ꝙ plus de legi
tima non põt pater relinquere legitimato, q̃ filię
legitimæ,& naturali, & ſic ꝙ per legitimationem
non põt pater præiudicare ipſi filiæ, vt minorẽ par-
tem habeat filia,q̃ filius legitimatus,vt eſt de men-
te gl.in d.§.& qm̃,quæ dicit, ꝙ legitimato non põt
plus relinqui,q̃ fuerit relictũ vni ex filijs legitimis,
&naturalibus,cui minus fuit relictum, dummõ illi
non fuerit relictum minus legitima debita iure na
turæ,& ſic vr̃ gl.intelligere illum tex. reſpectu legi-
timæ debitæ iure naturæ,& non reſpectu aliorũ bo
norũ;ſed in caſu nr̃o filiæ legitimæ, & naturali fuit
a patre relictum tm̃, ꝙ eſt ultra partem legitimæ ſi-
bi debitæ,ergo &c.Præterea rñdeo,ꝙ text.in d.§.&
qm̃ uariè loquitur in legitimato per oblationẽ cu-
riæ,quæ legitimatio dr̃ collatiua,& nõ in legitima-
to per reſcriptum in ampliſſima forma, quę legi-
54 timatio dr̃ reſtitutiua,vt ſup. & † legitimatio facta
per oblationem curiæ in multis differt ab illa, q̃ fit
per reſcriptam,& eſt minoris virtutis, & efficaciæ,
q̃ ſit ea,quæ fit per reſcriptũ,ut hr̃ ꝑ Bar.in l. cõium
per illum tex.in prin.C.de natur.li.iuncto. §.filium,
in auth.quib.mod.nat.effi.ſui,& per Car.Alex. in d.
c.per venerabilem in 87.col.&per Alex.poſt Bar.in
d.l.ex facto de uulg.& pup.& ita illum tex.in d.§.&
qm̃ intelligit Azo.in ſumma in auth.quib.mod.na-
tur.effi.ſui in §.in ſucceſſionib.qui dicit,ꝙ oẽs legi
timati,præter q̃ legitimatus per oblationem curiæ,
ſuccedũt per oĩa vt legitimi, legitimatus uerò per
oblationem curiæ ſuccedit, vt hr̃ in d.§.& qm̃: ex
cuius dictis clarè infertur,ꝙ q̃uis legitimato ꝑ obla
tionem curiæ non poſſit plus relinqui, tñ legitima-
to per reſcriptum ſic,quia talis per oĩa ſuccedit ut
legitimus;ſed legitimus & naturalis ſuccedere põt
hoc mõ,quia plus,&minus põt uni ex eis relinqui,
q̃ cæteris,vt clarum eſt,ergo idem eſt dicendũ de
legitimato per reſcriptum,& aliter, q̃ per oblatio-
nem curiæ:Hoc mõ ẽt illum tex.in d.§.& qm̃, ꝙ lo
quatur, prout loquitur expreſsè in legitimato per
oblationem curiæ,intelligunt Bar.& Sal. in d. l.cõ-
munium,& Aret.in d.§.& quid ſi tm̃, & ita ẽt intel-
ligo d.doct.ſup.allegatorum dicentium, legitima-
to non poſſe plus relinqui,q̃ filiæ legitimæ, & natu
rali,vt fuit Fran.de Crema, quia debent intelligi de
legitimato per oblationem curiæ, & ſic quoq; illũ
tex.in d.§.& qm̃ intelligit Bal.in d.c.per tuas de ma
ioritat.& obed.qui ultimo loco dicit eum text. ſic
debere intelligi,& reſtringi,&ꝯñr hanc opinionem
ultimo loco per eum poſitam vr̃ approbare argõ
gl.in l.filium.ff.ad Treb. eodem mõ ſimiliter illum
intel-

Intelligunt Ang.in conſi.17.& Alex.in l.neceſſarijs
in ult.col.ff.de acquir.hæred. ſi rectè eius uerba in-
ſpiciantur,& Arc.in d.§.& quid ſi tm̄ in pen. col.&
eſt magis cōis opinio,ꝙ in hoc ſit dr̄ia inter legiti-
matos per oblationem curiæ,& alios legitimatos;
& rōnem diuerſitatis ponit Alex. in d.l. neceſſarijs.
Reſponderi ēt pōt aliter illi textui, vt eſt de mente
Alex.in d.§.& quid ſi tm̄ in apoſtilla magna circa
medium,ꝙ id,ꝙ dr̄ per doct.per tex.in d. §.& qm̄,
procedit in legitimatis ēt per reſcriptum,qn̄ in pri-
uilegio dictum,& expreſſum fuiſſe,dummō per le-
gitimationem faciendam non fiat præiudiciū filijs
legitimis,& naturalibus,quin & ipſi æquis portio-
nib.unà cum legitimandis ſuccedat &c. vt uoluit
Bal.in conſiliis ſuis,quæ ibi allegat Alex.Sed in ca-
ſu nr̄o in priuilegio ita non fuit dictum,nec expreſ
ſum,ergo tex.in d. §. & qm̄ non habebit locum in
caſu nr̄o,ex quib.ceſſat illatio,de qua ſupra,dū di-
cebatur,ꝙ ſi plus fuiſſet relictum, id totum accre-
ſcebat filiæ legitimæ,& naturali, qm̄ ſi plus de iure
pōt relinqui legitimato in caſu nr̄o, q̄ filiæ legiti-
mæ,& naturali,ceſſat illatio,de qua ſupra,nec text.
in d.§.& qm̄ dicit,ꝙ illud plus accreſcat filiæ legiti
mæ:Nec eſt uerum,ꝙ Alex.in l.neceſſarijs.ff.de acq.
hær.uelit ꝯrium,vcꝫ,ꝙ hoc ſit in quolibet legitima
to ēt per reſcriptum,ꝙ ſibi plus non poſſit relinqui:
quinimmo ipſe dicit,ꝙ Bal.in d.c.per tuas ſentit, ꝙ
tex.in d.§.&qm̄ procedit in legitimato per oblatio
nem curiæ,& Alex.in l. adoptiuum §. patronum il
2.ff.de in ius uocando ꝯrium non tenet,ſi bene con
ſiderentur eius verba,nam principalis qō,& princi
pale dubium,de quo ipſe quęrit,eſt,an legitimatus
per reſcriptum cum clauſula, ꝙ poſsit tm̄ ſuccede-
re ex teſtō,comprehendatur in ſtatuto, ꝙ excludit
filias fœminas ꝑꝑ filios maſculos legitimatos, &
naturales,in tm̄ ꝙ ſi filiæ fuerit relictum minus legi
tima,ipſa excludatur ꝑꝑ legitimatum, et tandem
concludit,ꝙ ſtatutum uerificatur in tali legitima-
to,& ꝙ ab eo filia excludit,q̄uis,ut ipſe refert,Pau.
de Caſt.ibi teneat ꝯrium:ſubdit quippe,ꝙ tenendo
opinionem Pau.de Caſt.poſſet reſpōderi rōnib. ad-
ductis ꝯ illum pro filio legitimato, tenendo vnum,
ꝙ poſuit Bal.in d.c.per tuas per tex.in d.§. et qm̄ ua-
riè,de quo ſupra;vnde Alex.illud d. Bal. refert uolē
do ſaluare Pau.de Caſt.quem tn̄ prius impugnauit.
¶Præterea,vt dixi,Bal.in d.c.per tuas illud dictum,
quod refert Alex.non approbat, nec illud firmat,
ſed dicit,ꝙ tex.in d.§.& qm̄ non habet locū in quo
libet legitimato ēt per reſcriptum,ſed in legitima-
to per oblationem curiæ,& iſta eſt uera , & magis
cōis opinio,quicquid dicant tenentes ꝯriam, quo-
rum dicta poſſunt,& debent intelligi in legitimato
per oblationem curiæ,& non per reſcriptum reſti-
tuendo legitimatum primæue naturæ,& in ampliſ-
55 ſima forma, †nam vt inquit Bald.in l. hac edictali
in 2.col. C.de ſecun.nup.filij debent eſſe æquales in
lucro legis,vt puta ab inteſtato , vel in portione, q̄
ipſius neceſſario debetur à lege,vt eſt legitima,ſed
neceſſario non debent eſſe æquales in prouidentia
teſtatoris,nā licitum eſt patri facere filios inæqua-
les,dummō non minuatur eorum legitima,quia ſi
ſint plures,unuſquiſque proportionabiliter admit-
titur ad partem legitimæ,vt in d.auth.nouiſſima,&
ꝯn̄r ēt filius legitimatus,cui debetur legitima debi
ta iure naturæ,ſicut legitimis,& naturalibus , & ita
ēt pōt intelligi tex.in d.§.& qm̄ uarie.¶Venio ad vl
56 timum dubium,† an ſemel legitimatus à Papa poſ
ſit iterum legitimari ab inferiore,vt a comite pala-
tino ad effectum,vt legitimatus poſſit ſe ex utraq;
legitimatione, vel ſaltem ex pleniori adiuuare, &
quamuis hunc articulum ſatis bene tetigerit D.Ca
rolus Ruy. adeò ꝙ uix locus ſit additioni, tn̄ hæc
pauca ego quoq; dicere uolui,& vr̄, ꝙ quis iterum
non poſſit legitimari ab inferiore in primis per ea,
quæ latè ſuper hoc articulo poſuit D.meus Soc.in
d.l.Gallus §.& quid ſi tm̄ in 4.lim.qui in fortioribus
terminis loquitur,vcꝫ,qn̄ eſſet princeps, hoc eſt Pa
pa,qui uellet relegitimare,& per ea,quæ ēt adducit
idem Soc.in conſi.246.in antiquis,qui per plura cō
cludit legitimationem filij non poſſe de iure reite-
rari,& maximè qn̄ ſemel legitimatus à principe vel
let iterum legitimari ab inferiore,vt à comite; qm̄
57 †inferior non apponit manum in iis,quæ facta fue-
runt à ſuperiore,& inferior nō corrigit facta a prin
cipe,& ſuperiore,c.cum ueniſſent de iudic.c.vt no
ſtrum de appell.c.inferior 21.diſt.c.cum inferior de
maior.cum ſim.& ita tenent Soc.in d.conſi.246. &
Curt. in conſ.17.quod fuit conſi.Do.Vincentij Pa-
leotti, vbi plura pro corroboratione huius addu-
cuntur:& quamuis alter ex comitibus, qui relegiti
mauit,habeat ptātem iterum legitimandi ſemel le
gitimatos, tn̄ debet intelligi de legitimato ſemel,
& prius ab ipſomet,uel a pari,uel inferiori, ſed nō
a Papa,vel ſuperiori,qm̄ vbi princeps, & ſuperior
appoſuit manum,inferior non debet, nec pōt ſe in
tromittere d.c.vt nr̄m,& d.c.cum ve niſſent. Cōtra
riam opinionem,q̄ puto magis cōem, plures maxi
mæ auctoritatis ſequuti fuerunt,vcꝫ, ꝙ ſemel legi-
timatus poſſit iterum relegitimari ad effectum, vt
ex utraq;,uel ex pleniori legitimatus poſſit ſe adiu-
uare,inter quos eſt Bald.in conſi.131.in 3.li. Pau.de
Caſt.conſi.226.inc.in Chriſti nomine amen,viſo te-
ſtō,D.Card.Alex.in d.c.per uenerabilem in 47.col.
58 & Dec.in conſi.55.qui concludit, † ꝙ qn̄ quis non
fuiſſet legitimatus in pleniſſima forma per legiti-
mationem reſtitutiuam,ſed ſecum tm̄ fuiſſet diſpē
ſatum,vel fuiſſet facta legitimatio collatiua, quæ
cenſetur potius quędam diſpēſatio, q̄ legitimatio
propriè,vt hr̄ per Antonium,& alios in d.c. per ve-
nerabilem uerſi.nunc ultimo,& per Pul.de Caſt.in
l.pactum,ꝙ dotali in fi.C.de collat. & in l. adoptiuū
§.patronum il 2.ff.de in ius uoc. Petr.de Ancha.in
conſi.242.ex tenore,& in conſ.428. ꝙ tunc non pōt
poſtea iterum legitimari ēt in plenior forma, niſi
de prima diſpenſatione fieret mentio, quia legiti-
matio ſubſequens eſſet ſubreptitia, & ita propriè
loquitur Soc.in d.§.& quid ſi tm̄ in 4.lim.& ita poſ-
ſunt intelligi dicta,& conſilia eorum,qui tenent,ꝙ
legitimatio non pōt reiterari: aut uerò quis ſemel
fuit legitimatus in forma ampliſſima,& ſic dr̄ facta
legitimatio reſtitutiua,per quam quis reſtituit pri-
męuæ naturæ,perinde ac ſi natus eſſet ex uero,&le
gitimo mr̄imonio, ꝑut in caſu nr̄o ipſe Matthęus
fuit a Papa legitimatus, & tunc ſub eadem forma
ampliſſima per legitimationem reſtitutiuam pōt
relegitimari, abſq; ꝙ de prima legitimatione facta
fuerit mentio,quia cum priuilegia ſint conformia,
& ſimiliter legitimationes ſint æqualiter plenæ,tūc
non eſt opus,ꝙ in ſecunda de prima habeat cōme-
moratio,vt declarat Abb.poſt Inn.& alios in c. ue-
niens de præſcrip.& ita reſidet, & affirmat ſubtilis
doct.D.Philip.Dec.in d.conſi.55.Nec Soc. in d.§.&
quid ſi tm̄,negat,ꝙ ſemel legitimatus poſſit relegiti
mari,ſed ſolum ipſe dicit, ꝙ ſecunda legitimatio
non ualet tanq̄ ſubreptitia, ſi de prima non facit
mentionem,ēt ſi ſecunda fieret a pricipe, quod tn̄
eſt intelligendū,vt ſup.dictū fuit, & in caſu nr̄o cū
in ſequentib. legitimationib. de prima facta fuerit
mentio,ſequitur,ꝙ nō ſolū prima,ſed ēt ſequentes
in ſe valent.¶Sed prædictis multum aduerſatur il-

lud

lud,de quo ſup.facta eſt mẽtio,vc3, ꝙ prædicta oĩa
poſſent ꝓcedere,ſi ſequentes legitimationes ab eo
dem,uel a pari,uel a ſuperiori procederent, ſecus
ſi primo princeps,& Papa legitimaſſet, ſeu diſpẽſaſ
ſet,& inferior poſtea uellet relegitimare,& ſe intro
mittere circa ea,quę fecit ſuperior,q̃m non poſſet
per prædicta,& hic eſt propriè caſus noſter, nã Pa-
pa primo legitimauit ſatis in ampliſſima forma, q̄
legitimatio q̃uis per ſe ſufficeret, vt arbitror, abſq;
ꝙ denuo,& iterum factæ fuiſſent aliæ legitimatio-
nes per ea,q̄ ſatis plenè circa hoc ultra D. Car.Ruy.
ſupra deduxi,tñ ad abundantiorem cautelam iterũ
petitum fuit ipſum Matthæum per alios inferiores
hoc eſt per comites relegitimari,prout ex literis le
gitimationum apparet,unde uidebatur, ꝙ hæ legi
timationes factæ ab inferiorib.nõ ualerent,& q̃uis
rectè ſanè D.Carolus conetur tollere iſtud obiectũ
59 dicendo,† ꝙ ex cã iuſta, & ſuperuenienti inferior
põt ſe intromittere circa, q̄ fecit,& ordinauit ſupe
rior,ẽt tollendo,& corrigendo,& ɔ̃riando, ſed nõ
abſq; iuſta cã,vt eſt optimus tex.in l.ſi hoĩem, & ibi
Bar.ff.mand.& per Bar.in l.ambitioſa ff.de decre.ab
ord.faci.cum ſim.not.per Alex.in apoſtill.ad Bar.in
d.l.ſi hoĩem,q̃m eadem rõ,quę potuiſſet mouere ſu
periorem,debuit ẽt mouere inferiorem, qui a ſu-
periore habet mandatum,& ptãtem d.l.ſi hoĩem,&
eſt bonus tex.in c.ſuper literis in fin.uerb. de reſcri-
ptis,tñ ſubiungo ẽt,ꝙ inferior non põt ſe intromit
tere circa ea,quæ ſuperior ordinauit,& ſuper quib.
ſe intromiſit,vc3 tollendo,& corrigendo, ſeu ɔ̃rian
do,argõ c.cum inferior de maior. & obed. & in d.
c.inferior 21.diſt.uel ea,quæ ſunt dubia,&ambigua
interpretando,& declarando,q̃m eius eſt tollere, &
interpretari,cuius eſt condere,vt in d.c.cum uenis-
ſent cum gl.de iud.ſed addiuuando,& addendo in
ferior põt accumulare,& ſe intromittere circa ea,
quæ fecit ſuperior,vt uoluit not.D. Card. in cle. ne
Romani de elect.in 2.q.iunctis not.per eum in 3. q.
qui concludit inferiorem nõ poſſe tollere,nec cor
rigere,nec interpretari legem ſuperioris, ſed illi be
ne addere,& illã adiuuare, & ſufficiat allegare tex.
cum ibi not.in c.cum teneamur de appellat. Item
inferior põt ſe intromittere declarando, & deter-
minando circa ea,quæ ſunt in ſe clara, & certa, vt
eſt gl.in d.c.cum ueniſſent:ſed in caſu nr̃o legitima
tiones ſubſequentes factæ fuerunt accumulando
iura iurib.& non corrigendo, & non ɔ̃riando pri-
mæ legitimationi papali,ſed illi addendo, vt clarè
colligitur ex uerbis ipſarum,ergo &c.Ex quib.con
cludo legitimationem potuiſſe reiterari nedũ ſe-
mel,ſed ẽt ſæpius ad effectum, ut ex oĩb. legitima-
tionibus,uel ſaltem ex pleniori ipſe Matthæus legi
timatus poſſit ſe addiuuare: & ſic ex oĩbus p̄miſſis
concludendum eſt ipſum Matthæum fore rectè,&
ritè legitimatum,& ɔñr ipſum debere immitti, &
immiſſum manuteneri in poſſeſſione bonorũ hære
ditariorum ex beneficio l.fi.C.de edi.diui. adr.toll.
ſicuti alias dicebã ſup.in conſi.57.hoc eo.uol. L.D.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitimati ab habente poteſtatem dicuntur verè, & propriè legitimati ad oĩa,quæ habent filij verè legitimi,& naturales.*
2 *Et dicuntur verè,& propriè filij legitimi,& naturales.*
3 *Et comprehenduntur ſub ſtatuto faciente mentionem de filijs legitimis,& naturalibus.*
4 *Et excludente filias legitimas,& naturales ex legitimo matrimonio natas a ſucceſſione paterna etiam quoad legitimam, ſi fuerit a patre congruè dotata.*
5 *Princeps,& ab eo poteſtatem habens poteſt expreſsè legitimare ad præiudicium filiarum fœminarum.*
6 *Filium ſpurium non poſſe legitimari ad præiudicium legitimæ debitæ filiæ legitimæ,& naturali,niſi ipſa filia citata, quomodo procedat.*
7 *Legitima non in totum auferri,ſed bene minui poteſt.*
8 *Legitimæ quantitas eſt de iure poſitiuo.*

EPITOME.

Filium legitimatum dici uerè,& propriè legitimum,& naturalem, & comprehendi ſub ſtatuto faciente mentionem de filijs legitimis, & naturalib.etiam excludentis filias fœminas, & ad illarum,ac legitimæ eis debitæ præiudicium, propter ſtatutum excludẽs filias fœminas a ſucceſſione paterna ob filios maſculos,dummodo fuerint a patre congruè dotatæ,oſtenditur.

## CONSILIVM CLXXIII.

VISIS, ac diligenter conſideratis ampliſſi-
mis facultatib. Illuſtribus Comitibus de
Campegio tàm ab Imperiali culmine,q̃ a
ſancta ſede apoſtolica conceſſis, inſpectiſq; uerbis
præſentis legitimationis ad petitionem M. D.Ioan
nis Baptiſtæ Butrigarij de Hercule,& Ioanne Galea
tio eius filiis in ampliſſima forma factæ, uenio in
1 ſnĩam clariſſimorum.DD.conſulentium, ꝙ † dicti
Hercules,& Ioãnes Galeatius uerè, & propriè di-
cantur legitimati, non aũt ſimpliciter diſpenſati,
cum fuerint legitimati ſimpliciter, & ad oĩa, quæ
habent filij uerè legitimi, & naturales ẽt ex legiti-
mo matrimonio nati,a not.per Dec.in conſi. 76.in
fin.& in conſi.258.per Paul.de Caſt.Alex.& alios in
l.ſed ſi hac.§.patronũ.ff.de in ius uoc. & per Anch.
in conſi.228.& per Soc.in conſi.246.col.4.uolu.2.&
2 ɔñr † hi uerè,& propriè dicuntur filij legitimi,& na
turales, nihilque penitus a filijs natis ex legitimo
matrim differunt.§.ſi quis ergo in auth.quib. mod.
natur.effi.legi.& in §.illud, & in §. reliqui in auth.
quib.mod.nat.effic.ſui,&eſt cõis opinio,quam ſem
per ſequutus fuit Bar.in l.ſi is,qui pro emptor. ff.de
uſuc.Alex.in conſi.2.lib.2.ubi latè. & Soc. in conſi.
3 216.lib.2.Quo fit,ut † hmõi filij,ut ſupra, legitimati
comprehendantur ſub ſtatuto faciente mentionẽ
de filijs legitimis,& naturalibus,quia uerè, & pro-
priè dicuntur filij legitimi,& naturales, iunctis iis,
quæ habentur per Bar.in l.3.§.hæc uerba.ff. de neg.
geſtis,& in l.liberorum.ff.de uerb.ſign. ca. in nr̃a de
iniu.& dam. dat. ubi in ſtatutis uerba ſunt propriè
4 intelligenda.† Hi igitur filij,vt ſup.legitimati exclu
dent filias legitimas,& naturales ex legitimo mr̃i-
monio natas à ſucceſſione paterna in totum, ac ẽt
quoad legitimam ipſis debitã uirtute ſtatuti exclu
dẽtis filias fœminas a ſucceſſione paterna ꝑꝑ filios
maſculos., dummõ dictę filiæ fuerint a patre con-
gruenter dotatæ,& maximè quia fuerunt expreſsè
legitimati,vt comprehendantur ſub ſtatuto loquẽ
te de filijs legitimis,&naturalib.ẽt ad præiudicium
5 filiarum fœminarum,† quo caſu princeps,& ab eo
ptãtem habens ſic põt legitimare, qñ hoc expreſsè
uoluit,vt declarat Soc.in l. Gallus. §. & quid ſit tm̃
col.7.circa tertiam concluſionem in 1. & 2. limita-
6 tione.ff.de libe.& poſth.Nec aduerſatur, † ꝙ filius
poſſit ſpurius nõ poſſit legitimari ad præiudicium
legitimæ debitæ filiæ legitimæ,& naturali, niſi ipſa
filia citata,vt uoluit Soc.in d.§.& quid ſi tm̃ col.pe.
ibi.3.& ult.concluſio ꝑ not.a Bal.in c.ꝑ tuas de ma
io.& obe quia dictum illud uerũ eſſe poſſet, qñ D.
legitimãs uoluiſſet legitimare nõ citata filia fœmi
na,ſed in hoc caſu D. comes potuit & uoluit legiti
mare